Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Cum enim multa magna & mirabilia dominus ostendisset intra
transiit ad mare ut et ibi adhuc excellentiora opera demo
straret. Quantus iste maris quem et ventis ostenderet.
Ingressus est dominus naviculam sedet turbam. Lectio. xi.
mare. Imperavit ventis conquiescite fluctus. Cur hoc.
Ideo ut discipulos moneret in timore eos suum auxilium
postulare et suamque potentiam rogantibus manifestaret.
Illa tempestas non ex se aborta est. sed potestate parvuli. xvi.
impavitis eis qui educat ventos de thesauris suis qui
eminum maris arenam constituit. Dixit ei et. Usque huc
venies & non ultra egredieris. sed in semetipso confringentur
fluctus tuus. hi ergo mandato orta et tempestas in mari. propter
occasionem nos superius memoratas. Secundum matthaeum.
In illo tempore. Ascendente iesu in naviculam secuti sunt
eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in ma
ri. ita ut navicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat
& accesserunt & suscitaverunt eum dicentes. Domine
salva nos perimus. & dicit eis. Quid timidi estis modi
ce fidei. Tunc surgens imperavit ventis et mari & facta est
tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicen
tes. Qualis est hic. Quia venti & mare obediunt ei. Am.
O qui nos in tantis periculis. Ad vm. ant. Ascendente iesu
in naviculam ecce motus magnus factus est in mari et suscitaverunt
eum discipuli eius dicentes domine salva nos perimus. Ad mag. ant.
Surgens iesus imperavit ventis & mari et facta est tranquillitas mag
na & mirati sunt universi. O qui nos in tantis. Fer. ii.
Neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat sed qui in cre
mentum dat deus. Qui plantat autem & qui rigat unum
sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum